Neque litteras mihi abs te ullas, toto hoc anno, neque Vindicias Parisiis,
(quas tamen à vestro Typographo cum libro) redditas sunt. Ego postea-
quam his mensibus tibi subiectas nolui amplius scribere, qui superio-
ribus semper scripsissem, imprimis quidem avide expectabam quid
in scriptis meis improbasses. Nunc video periisse omnia. Rogo te
per quicquid potest, restituas mihi quicquid indicasti vel tu vel alii
de differentiis illis Analyticis: sed statim, e vestigio inquam.
Nam cogito iam nunc edere libellulum alio vel nomine vel sine nomine
adversus Ramistas, in quo ostendo duas differentias, alteram à
fine, alteram à mediis. Cupio enim docere eorum communem inven-
tionem, esse monstrum, ad minimum, bicorpor: qui confundunt Analy-
tica & Dialectica ex secundo libro Dialecticorum. Addo hoc in To-
picis nullum esse horum causarum. Nam hoc solum est Analyti-
corum sive philosophicum: quippe cum in demonstrationibus locum
habeat et is syllogismus qui est à causa remota seu antecedente,
quae communis est et latius patet re docenda. Hinc in Sophisticis
Elenchis, τὸ μὴ αἴτιον ὡς αἴτιον, explico non de falsa
vera causa, ~~sed~~ ut plerique omnes, sed cum Alexandro, de vitio
eo quod in principiis notavi, παρὰ τὸ ..., & in syllogismo
διὰ τοῦ ἀδυνάτου locum tantum habet. Reliqua disputatio est
de regulis illis, ut appellant, veritatis, iustitiae, sapientiae. Ex
his enim tollo communia crimina, quibus philosophiam Aristotelicam
oppugnaverunt. Curato igitur e vestigio ~~...~~ perscribe mihi omnia;
~~ne~~ quicquid liber & obiiciam me eorum iustis reprehensionibus.
Quod si ~~non acceperim~~ tardior eris, differam potius editionem
in alias nundinas. Vale mi Aladeve optime. Scribe quaeso
de valetudine tua. propere, ut Kirio qui tuas tradam ... D. Cral-
lio, itemque D. Parro, multam salutem; quos propter virtutem
ex animo colo.

T.

Schegkius

De practicis in scriptis meis lapsus sum, non ignoratione (…) hoc dico: sed
quadam inconsiderantia. Fortasse distractus, de eorum interpretatione. Sed expecto.
Tu vide ne ~~...~~ per te fiat editio. Ex quibus tu ~~...~~ Crallio et Parro,
ut admoneantur. Gaudeo ego si dixero.

Cl. 2.

D. Theophilo Madero, phi-
losopho & Medico amico
meo S. P.

Heidelberg.

Die 17 Febr.
accepi.